S. 81–88 vor S. 1!

PETIET ROI DE OER
P
T
ILLARA.LIRANORVMQVA.SIT.GENS.ÆDITA.STIRPE
M.DXXXXI.INSCRIPTA.ARGENTO.LILIA.NIGRA.DOCENT
ML
PROCVL.ARCET.FVLMINA.VIRTVS
ÆTATIS SVÆ.LVI.ANN.M.D.XCIII
MODERATA DVRANT
I.D
V.T.

Friederich Roth-Scholtzens,
HERRNSTADIO-SILESII,

Beytrag
zur
Historie
derer
Gelehrten

Zweyter Theil.

Nürnberg und Altdorff/
bey Johann Daniel Taubers seel. Erben, 1725.

Curieuser und Kunst-liebender Leser!

Da ich im Begriff war, den zweyten Theil meines Beytrags zur Historie derer Gelehrten, in Ordnung zu bringen, so erinnerte ich mich, an die sehr kluge Rede eines berühmten Mannes, welcher, als er von einem seiner Auditorum gefraget wurde, wie es doch möglich wäre, daß man von einer Sache so viele Bogen anfüllen könnte? Zur Antwort gab: Man mache nur einen Anfang/ so werden immer andere und bessere Gedancken kommen. Und diese vernünfftige Antwort, findet auch bey meinem Vorhaben statt; dann, da ich dem weitläufftigen *Studio Historiæ Lite-*

variæ mit meinem Beytrage, nur in so weit, als es die Bilder-Historie berühmter Männer zulassen würde, zu Hülffe zu kommen, mir eifrigst angelegen seyn liesse, so kam ich auch dabey, auf den Gedancken; Ob es nicht nöthig und nützlich seyn möchte, wann ich die *Scriptores Iconographicos excerpirte*, und die Nahmen von denen darinnen enthaltenen Bildnüssen ansetzte? Je mehr nun diesen Gedancken überlegte, je mehr bekam ich Lust und Trieb, diese, ob zwar mühsame Arbeit, dennoch über mich zu nehmen, eines theils darum, weil man von denen *Scriptoribus Iconographicis* biß dato noch keine sichere und hinlängliche Nachricht hat, Andern theils aber, daß die Herrn Collectores von Bildnüssen berühmter Leute, so gleich wissen können, was vor Portraite in gantzen Wercken, und auch eintzeln anzutreffen seyn; da dann insonderheit, das vollständige Register anweisen wird/ wo/ und wie offt/ man diesen oder jenen gelehrten und berühmten Mann, entweder in Kupffer gestochen/ oder in Holtz geschnitten antreffen kan. Und also

mache

mache ich in diesem zweyten Theile, mit einigen, von gedachten *Scriptoribus Iconographicis* eine Probe, womit ich auch G. G. in denen folgenden Theilen continuiren werde.

Und wann GOtt Leben und Gesundheit geben wird, so werde ich auch dergleichen *Recension* von Bildnüssen grosser Herren in einem besondern Bande liefern/welches in der Historie und Genealogie seinen Nutzen geben wird. Schlüßlich will ich diesen Zweyten Theil der Gütigen Aufnahm des Curieusen und Kunst-liebenden Lesers überlassen; Mich aber zu dessen Wolgewogenheit bestens empfehlen.

Geschrieben in Nürnberg
den 17. Julii 1725.

DAmit ich meinem nur jetzt/ in der Vorrede gethanen Versprechen ein Genügen leiste/ so will ich den Anfang in diesem Zweyten Theile/ mit folgenden *Scriptoribus Iconographicis* machen/ darunter VALER. ANDREAE (a) ein gelehrter Jurist/ Prof. und Bibliothecarius auf der Universität zu Löwen rc. der erste seyn soll/ und weil das gantze Wercklein/ mit samt denen sich darinnen befindlichen drey und siebenzig in Holtz geschnittenen Bildnüssen berühmter Männer/ in allem nur aus $4\frac{1}{2}$. Bogen bestehet/ so habe solches von Wort zu Wort/ hier beydrucken lassen/ welches dem Geneigten Leser um so viel weniger mißfallen wird/ weil man dieses ob zwar kleine/ dennoch aber sich rar gemachte Wercklein/ selten mehr findet; der Titul/ und die darinnen befindlichen Bildnüsse sind wie folget.

IMAGINES
DOCTORVM VIRORVM
E
VARIIS GENTIBVS
ELOGIIS BREVIBVS ILLVSTRATÆ,
VALERIVS ANDREAS,
Desselius Brabantus publicabat.
ANTVERPIAE
APVD DAVIDEM MARTINIVM.
A. M. DC. XI.
Cum gratia & privilegio. in 12°

Re-

(a) Gebohren zu Dessel einem Flecken in Brabant/ A. 1588. d. 25. Nov. daher er sich DESSELIUM und TAXANDRUM nennet.

Reverendo & Clarissimo Viro
AVBERTO MIRAEO
Canonico & Bibliothecario
Antverpiano
VALERIVS ANDREAS S.D.

T. POMPONIVM ATTICVM, ciuem egregium & M. TVLLII amicitiâ, librisque Epistolarum XVI. clarissimum, ferunt in eius vita NEPOS CORNELIVS, & C. PLINIVS libro Naturalis historiæ XXXV. IMAGINES clarorum domi militiæque Virorum quibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisue versibus subscripserat, evulgasse; quas tamen temporum in iuriâ intercidisse, meritò dolemus. Hoc ego nuper exemplum, ineuntis anni auspicio, studui imitari, & collegi amicorum eruditorum subsidio, consilioque ANDR. SCHOTTI, optimi doctissimique studiorum meorum parentis, ICONAS aliquot Virorum doctrinæ aliquo genere apud varias gentes excellentium. Cuius me industriæ diligentiæque nondum sanè pænitet: *maius enim* (vt PLINII eiusdem verbis vtar) *nullum est felicitatis specimen, quàm semper omnes scire cupere, qualis quisque fuerit.* Hanc industriam sumtusque hîc impensos cuinam potissimùm inscriberem, cogitanti, vnus TU MIRÆE occurristi, vt doctus ipse, sic & doctorum in primis amans: vtpote qui ELOGIA illustrium Belgij Scriptorum eleganti à Te stylo conscripta, eorumdemq; IMAGINES tuâ curâ à THEODORO GALLÆO in æs incisas publicasti, IVSTI item LIPSI, omni

laude majoris, vitam è ſcriptis eius aptè concinnaſti. Quo nomine plurimùm Tibi grata poſteritas perpetuò eſt debitura, quòd nimirum ſummorum noſtri æui Virorum IMAGINES, vt quondam M. VARRONIS, aliorumque eruditorum, in Bibliothecis cùm priuatis tum publicis æternùm ſpectabuntur, ELOGIAQVE abs Te conſcripta.

Caneſcent ſaclis innumerabilibus.

Habe igitur ſtrenæ loco, & hilari, vt ſoles; fronte ſuſcipe clientis tui atque domeſtici qualemcumque laborem, ſpecimen certè maioris cùm induſtriæ tum voluntatis, dum majorum vigiliarum opus, in Belgicæ gentis gloriam, tui nominis auſpicio quotidie adorno: quo & vixiſſe me & amaſſe litteras, teſtatum poſteris faciam, gratumque in patriam ciuem exſtitiſſe oſtendam. Vale, Antverpiæ pridie Nonas Ianuarias, CIↃ. IↃCXI.

Lectori candido S. M. D.

AMice Lector ſiue Spectator, en illuſtrium aliquot Scriptorum è variis nationibus Imagines: non omnes, fateor; immò nec conueniebat, cùm multi ſint ignoti, quorum effigies reperiuntur: multi etiam de Religione ſuſpecti, quos in hunc cenſum referre non oportuit. Si qui tamen dubiæ fortaſſis famæ irrepſerint, ignoſcas rogo, quòd eorum de Fide ſententiam haudquaquam probare aut commendare intendam. Elogia ſingulis attexui, breuia illa quidem, ſed quæ ſatis indicent, qualis in ſuo quiſque genere quantuſq; fuerit, quando item vixerit obieritue. Longiora alii deſiderabunt, ſcio:

scio: verùm id à viris doctissimis abundè præstitum. Belgas nostros AVB. MIRÆVS, *Hispanos* AND. SCHOTTVS, *alii alios celebrarunt, qui eruditorum iam manibus teruntur. Sed nec omnium palato idem sapit cibus: quem ille laudat, hic fastidit, vtpote stomacho delicatiore, cui raro aliquid benè sapit. Habe ista igitur, velut in gustum data, & periculi faciendi causâ. Si faueris, ad ampliora nos excitabis.*

CICERO in Oratore ad Brutum.

DEmosthenes, cuius nuper, inter imagines tuas ac tuorum (quòd eum credo amares) cùm ad te in Tusculanam venissem, imaginem ex ære vidi, nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini, & splendore verborum.

SALLVSTIVS De bello Iugurthino.

SÆpè audiui ego, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis præclaros viros, solitos ita dicere: Cùm majorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi: scilicet non ceram illam, neque figuram, tantam vim in se habere; sed memoriâ rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere: neque priùs sedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit.

C. PLINIVS lib. XXXV. Naturalis hist. Cap. II.

IMAGINVM amorem flagrasse quondam, testes sunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumi-

BIBLIOTHECA REGIA

lumine, & M. Varro, benignissimo inuento insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantùm Septingentorum illustrium, sed & aliquo modo imaginibus, non passus intercidete figuras, aut vetustatem æui contra homines valere: inuentione muneris etiam diis inuitiosus, quando immortalitatem non solùm dedit verùm etiam in omnes terras misit, vt præsentes esse vbique & claudi possent.

1. DEMOSTHENES, *Athenienſis*, decem Græciæ Oratorum disertissimus, Antipatri iussu, occisus Olympiadis CXIV. anno III. Vitam Plutarchus conscripsit, & in Vitis comparatis And. Schottus. Imago eius ex marmore Tarracone in Hispania spectatur.

2. M. TVLLIVS CICERO, *Arpinas*, Romanæ princeps eloquentiæ, & cælestis, vt Fabius ait, in dicendo vir, Consul anno Vrbis condite 690. à M. Antonio III. Viro percuti iussus an. 710. ætatis 64. Vitam ejus per Consules digessit Franciscus Fabricius Belga.

3. DECIVS MAGNVS AVSONIVS, *Burdigalenſis*, Vir Consularis & poeta egregius, floruit temporibus Valentiniani, Gratiani & Theodosii Imperatorum, ex quibus priores duos erudiuit. Poëmata eius post Ios. Scaligerum edidit Elias Vinetus Ausonii popularis, additâ etiam auctoris vitâ.

4. CAIVS SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIVS, Aruernorum in Gallia Episcopus, vixit annos ferè 56. obiitque circa annum salutis 484. XII. Kal. Septem-

Septembr. Zenone imperante. Vitam in Sidonii operibus à se comentario erudito illustratis collegit Ioan. Sauaro.

5. IOAN. A SACROBOSCO, *Britannus*, *aliis Germanus*, Astronomorum apud Latinos coryphæus, floruit Lutetiæ Parisiorum anno 1244. apud Maturinos ea in vrbe sodales conditus; cuius hodieque tumulus ibidem visitur.

6. S. VINCENTIVS FERRERIVS, *Valentinus*, Doctrina & sanctitate conspicuus, à Callisto Pont. Max. itidem Valentino, Sanctorum numero adscriptus, cùm obiisset anno ejus sæculi 19. Vitam illius copiosè Vincentius Iustinianus Antistius, Petrus Rausanus, aliique scripsere.

7. LAVRENTIVS VALLA, *Romanus*, Canonicus Lateranensis, Latinæ linguæ vindex & instaurator, obiit quinquagenarius Romæ, an. 1465. Kal. Augusti, in Laterano depositus.

8. COSMVS MEDICES, *Florentinus*, Laurentij filius, Leonis X. Pont. Max. frater, decreto publico *Pater patriæ* appellatus, eruditorum sui sæculi Mæcenas, decessit in patria an. 1468. ætatis suæ 80. à Paullo Iouio elogio ornatus.

9. NICOLAVS PEROTTVS, *Sentinas*, Archiepiscopus Sipontinus, Græcè eruditus, Bessarionem Card. habuit Mæcenatem, & senex admodum è vita excessit, apud Sentinum Vmbriæ opidum, quod hodie Saxoferratum.

10. RVDOLFVS AGRICOLA, *Groninganus*, *Frisius*, Philosophus ac Philologus, Græcas primus litteras in Germaniam attulit, vt in Belgium Des. Erasmus. Fatis concessit Heidelbergæ anno

1485.

1485. V. Kal. Nouembr. apud Franciſcanos habitu illius inſtituti ſepultus.

11. ROBERTVS GAGVINVS, *Duacenſis, Flander*, Sodalium SS. Trinitatis Præfectus Generalis, Annalium Galliæ ſcriptor ac poëta, moritur Pariſiis an. 1501. die 22. Maij, apud ſuos in D. Maturini conditus.

12. PHILIPPVS COMINAEVS, *Flander*, Eques, Hiſtoricorum noſtri æui princeqs, & cum quouis veterum, Iuſti Lipsl iudicio conferendus, viuere deſiit anno Chriſti 1509. ætatis 64. Lutetiæ apud Auguſtinianos cum filia vnica & vxore ſepultus.

13. SEBASTIANVS BRANTIVS, *Argentinenſis*, Iuriſconſultus ac poëta facilis, comi, vt ex ſcriptis eius apparet, ingenio, moritur in patria anno ſalutis 1520.

14. AVGVSTINVS NIPHVS, *Sueſſanus, Italus*. Ob ſingularem Philoſophiæ, aliarumque diſciplinarum cognitionem, Magni cognomentum adeptus, Romano in Gymnaſio Ariſtotelem explanauit, à Leone X. Pont. Max. accerſitus.

15. NICOLAVS EVERARDVS, *Middelburgius, Zelandus*, Iuriſconſultus Louanienſis, & Præſes Parlamenti Machlinienſis, vixit annos 70. obiit Machliniæ V. Idus Auguſti an. 1532. relictis eruditiſſimis. liberis Ioan. Secundo, Ioan. Grudio, & Hadriano Mario.

16. ALBERTVS PIVS, *à Sabaudia*, fuit hic Carporum in Italia Princeps, & Lutherum alioſque nouatores ſcriptis egregiè oppugnauit, obiitque Lutetiæ Pariſiorum anno 1535. vixit annos 55.

17. Ni-

17. NICOLAVS BORBONIVS, *Vandoperanus*. Grammaticus & poëta, prout illa ferebant tempora, non infimi nominis, epigrammata dedit idemtidem typis edita. Claruit Parisiis an. 1533.

18. THOMAS MORVS, *Londinensis*, Angliæ Cancellarius ac populi Orator, omni tyrannide maior, securi percutitur, iussu Henrici VIII. Regis, Londini VI. Nonas Iulii, an. 1535. ætatis 50. Vitam descripsit Thomas Stapletonus Anglus.

19. FRANCISCVS GVICCIARDINVS, *Florentinus*, Patricio genere natus, rerum sui temporis scriptor atque historicus admodum prudens, decessit in patria anno partæ salutis 1540.

20. GVILIELMVS BVDAEVS, *Parisiensis*, Senator Regius, ac supplicum libellorum Magister, Græcæ linguæ in Gallia instaurator, moritur Parisiis XI. Kal. Septembr. an. 1540. ætatis 73. noctu, vt ipse testamento iusserat, elatus. Vitam eius scripsere Lud. Regius, & Iacobus Sammarthanus.

21. ALARDVS AMSTELRODAMVS, *Hollandus*, Sacerdos pius, Theologus ac Philosophus, tumultuantibus apud Batauos Anabaptistis fortiter restitit, & sacrosanctum Eucharistiæ mysterium adversus sectarios propugnauit. Obiit Louanij anno 1541.

22. NICOLAVS COPERNICVS, *Borussus*, Mathematicorum sui æui princeps, & alter Ptolemæus, natus Torunnij in Borussia anno 1473. moritur septuagenarius an. 1543.

23. GVILIELMVS BELLAIVS, *Andegavensis*, Eques, militia ac legationibus clarus, historiam de

rebus

rebus Gallicis ab ipſa regni origine ad ſua vſque tempora cùm Latinè tum Gallicè ſtilo graui perſecutus eſt. Obijt in monte Tarario ad S. Saphorinum, diœceſis Lugdunenſis, anno 1543. Jan. 9.

24. IACOBVS LATOMVS, *Camberonenſis*, *Hanno*, Doctor Theologus Louanienſis, hæreſes ſuo tempore graſſantes doctrina & libris editis profligauit, obijtque an. 1544. menſis Maij die 29. Habuit fratris filium ſibi cognominem, poëtam non infelicem, qui Louanij obijt 1596. Canonicus ad D. Petri.

25. IOACH. FORTIVS RINGELBERGIVS, *Antwerpianus*, Peragratis pleriſque Europæ Academijs, omnium artium encyclopædiam abſoluit. Viuebat an. 1530.

26. ANDREAS A LACVNA, *Segobienſis*, *Hiſpanus*, Medicus expertus, Pontificum aliquot valetudini præfuit, & in Caroli V. Cæſaris caſtris medicinam factitauit. Multa ſcripſit, & è Græco conuertit, floruitque circa annum 1544. Pariſijs & Salmanticæ.

27. AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS, *Hiſpanus*, Hiſtoricus Regius, & Rhetor in Academia Complutenſi recens à Franciſco Card. Ximenio excitata, ferè octogenarius, anno, opinor 1544. deceſſit.

28. IOANNES CAIVS, *Anglus*, Medicus, multa Hippocratis ac Galeni, aliorumque principum Medicorum Græciæ, ſcripta Latio donauit ac caſtigauit: quædam etiam primus eruit atque in lucem edidit. Viuebat anno 1550.

29. Io-

29. JOANNES COCHLAEVS, *Noribergensis*, Doctor Theologus insignis, Lutheranorum antagonista inuictus, moritur Canonicus Vratislauiæ in Silesia, IV. Idus Ianuarias, anno 1552. ætatis 73.

30. PETRVS APIANVS, *Benevizius, Leisnicensis, Germanus*, Astronomus & Cosmographus, editis ingenii monumentis admodum celebris, ante diem exstinctus est nephritide anno 1552. die Aprilis 21. Ingolstadij apud Bauaros.

31. IOANNES TEISNERVS, *Athensis*, *Hanno*, Medicus, Mathematicus, Philosophus, Iuris Pontificij & Cæsarei Doctor, idemque poëta laureatus ac Musicus excellens, floruit Romæ & Ferrariæ, atque in aula Caroli V. Cæsaris palatinos pueros erudiuit.

32. PETRVS MEXIAS, *Hispalensis*, Vir nobilis & Eques, Mathematicus & Historiographus Caroli V. Imperatoris: cuius etiam gesta Hispanico sermone dicitur conscripsisse.

33. WOLFANGVS LAZIVS, *Viennensis*, *Austriacus*, Ferdinandi I. Imp. historiographus, Medicus & Consiliarius, editis rerum Viennensium ac Romanarum commentarijs, moritur quinquagenarius in patria, an. 1555.

34. RAINERVS GEMMA, *Frisius*, Doctor Medicus Louaniensis, inter æui sui Mathematicos illuxit: quo etiam nomine Carolo V. Cæs. gratus exstitit Calculo exstinguitur an. 1555. ætatis 47. Louanij ad D. Dominici inhumatus.

35. ADAMVS SASBOLDVS, *Delfius*, *Hollandus*, Patriciâ familiâ natus, Latinè, Græcè atque Hebraicè eruditus, sacras apud sodales Fran-

ciſcanos litteras Louanij explanauit, vbi & viuere deſijt an. 1553. ætatis ſexto & triceſimo, quaſi terris tantùm oſtenſus.

36. POLYDORVS VIRGILIVS, *Vrbinas*, Rerum Anglicarum ſcriptor egregius, floruit Londini & Oxonij in Anglia. Pòſt in Italiam redux, Vrbini apud ſuos admodum ſenex an. 1555. deceſſit.

37. JOANNES FERNELIVS, *Ambianus*, Henrici II. Galliarum Regis Archiatrus, & Philoſophus inſignis, Lutetiæ VI. Kal. Maij, an. 1558. diem clauſit extremum.

38. IVLIVS CAESAR SCALIGER, *Veronenſis*, Philoſophus, Medicus, ac poëta, mortuus eſt Aginni Nitiobrigum, an. 1558. die Octobris 21. annos natus 74. Vitam eius ſcripſit filius Ioſephus, qui Lugduni Batauorum XII. Kal. Febr. 1609. exceſſit.

39. ORONTIVS FINAEVS, *Brianſonius*, *Delphinas*, Matheſeos Lutetiæ Profeſſor à Franciſco I. deſignatus, deceſſit ibiden ſexagenario major, an. 1555. pridie Non. Octobris, horâ à meridie quartâ. quâ in lucem venerat.

40. PETRVS NANNIVS, *Alcmarianus*, *Batanus*, Presbyter & Canonicus Atrebatenſis, Conrado Goclenio, Eloquentiæ in Buſſidiano gymnaſio Doctori ſuccenturiatus, magnus æui ſui Criticus & Philologus, obijt Louanij 1557. XII. Kal. Aug. ætatis 57.

41. RVARDVS TAPPERVS, *Enchuſanus*, *Hollandus*, Doctor Theologus Louanienſis & Academie Cancellarius, concilio Tridentino inter-

terfuit, Carolo V. Cæsari, & Philippo eius filiio carissimus. Fato functus est Bruxellis 1559. postridie Kal. Martias, ætatis 71.

42. IOAN. LAVR. PALMYRENVS, *Alcanizensis*, *Hispanus*, Grammaticus, Rhetor ac Philologus; librorum helluo, floruit an. 1560. Mortuum funebri oratione prosecutus est discipulus eius Vincentius Blasius Valentinus.

43. ANDREAS SEMPERIVS, *Alcodianus*, *Valentinus*, *Hispanus*, Medicus & Orator, Laur. Palmyreno admodum familiaris, apud Sardos eloquentiam docuit, atque in patriam demum redux ibidem consenuit.

44. IOAN. BEVERVS, *Angianus*, *Hanno*, Philosophus insignis, annos XXIII. in ea professione Louanij constanter perstitit, vbi & obijt 1563. annos 48. natus, in D. petri conditus.

45. GABRIEL FAERNVS, *Cremonensis*, Poëta, Philologus & Criticus, de Terentio & Ciceronis Philippicis illustrando optimè meritus, Pro IV. Pontifice excessit è viuis.

46. ANDREAS VESALIVS, *Bruxellensis*, Anatomicorum princeps, & Caroli V. Imp. eiusque filij Philippi II. Medicus, Ierosolymis rediens, in Zazyntho insula moritur, Idibus Octobr. 1564. ætatis 58.

47. NICOLAVS GRVDIVS, *Louaniensis*, Nicolai Euerardi Præsidis Machliniani filius, poëta egregius, Philippo II. Regi Catholico à Consiliis, & illustri Ordini Velleris aurei ab Actis, anno 1571. Venetijs fato fungitur.

48. CORNELIVS MVSIVS, *Delfins*, *Hollandus*, Poëta & martyr, à Caluinianis immanitate plusquam barbarâ, Lugduni Batauorum, duos & septuaginta natus annos, trabi in foro affixus ac laqueo strangulatus est, anno 1572. Vitam eius scripsit Guil. Estius lib. de Martyribus Gorcomiensibus.

49. FRANCISCVS BORGIA, *Valentinus*, Secundus è Duce Gandiæ Soc. JESV Præpositus Generalis, obijt Romæ an. 1572. prid. Kal. Octobris ætatis suæ 62. ferè expleto. Vitam eius primùm Hispanicè scripsit Petrus Ribadeneira, pòst Latinè And. Schottus, eiusdem Societ. presbyteri.

50. CAROLVS LANGIVS, *Brugensis*, Philologus, & magnus æui sui Criticus, à Iusto Lipsio non semel laudatus, Leodici in D. Lamberti basilica Canonicus, ibidem viuere desijt anno 1573.

51. VIGLIVS AB AYTA, *Zuichemus*, *Frisius*, Iurisconsultus clarissimus, sanctioris in Belgica Concilij Præses, basilicæ S. Bauonis Gandaui Præpositus, ord Aurei velleris Cancellarius, moritur Bruxellis septuagenarius an. 1577. Gandaui in cathedrali D. Bauonis æde humatus.

52. LAEVINVS LEMNIUS, *Ziricæus*, *Zelandus*, Medicus in patria, pòst elatâ vxore, Canonicorum ibidem collegio adscriptus, senex apud suos defunctus est.

53. LAMBERTVS HORTENSIUS, *Montfortius*, *ditionis Vltraiectinæ*, Historicus, Philologus ac poëta, Nardenæ apud Batauos scholæ multos annos

annos gymnaſiarcha præfuit, obijtque anno 1577.

54. LAVRENTIVS SVRIVS, *Lubecenſis*, *Germanus*, Cartuſianus Coloniæ Agrippinæ in Vbijs, polygraphus, & de Vitis Sanctorum optimè meritus, ibidem moritur an. 1578. ſenio laboribuſque confectus:

55. CORNELIVS VALERIVS, *Vltraiectinus*, Petro Nannio Louanij in Eloquentiæ profeſſione ſuffectus, obijt ibidem pius ſacerdos 1578. ætatis 66. Reliquit diſcipulos plurimos eruditos, Lipſium, Canterum, Modium, Giſelinum, Carrionem, Delrium, Schottum, ceteros.

56. CORNELIVS GEMMA, *Louanienſis*, Gemmæ Friſij filius, Medicus, Philoſophus, Rhetor ac poëta peſte exſtinguitur in patria IV. Id. Octobr. 1579. ætatis 45. in D. Dominici ſepultus.

57. IVDOCVS DAMHOVDERIVS, *Brugenſis*, Nobili apud ſuos familia anno 1507. natus, Iuriſconſultus excellens, Carolo V. eiuſque filio Philippo ab intimis Conſilijs, obijt Antuerpiæ XII. Kal. Februarij 1581. annos natus 77. in patria ad D. Virginis tumulatus.

58. PETRVS CIACONIVS, *Toletanus*, Presbyter, Theologus, Criticus ſæculi ſui acerrimus, in quo multiplicis doctrinæ copia cum vitæ ac morum integritate certauit, vixit annos 55. obijtque 1581. VII. Kal. Nouembris.

59. BALTHASAR SCHETVS, *Belga*, Hobociin agro Antuerpienſi toparcha ſeu dominus, vir

vir eruditus & eruditorum patronus, fratrem habuit *Casparum Schetz*, Wesemaliæ Baronem, Grobbendonci & Heistæ dominum, poëtam eximium, & totius Belgicæ ærario Præfectum.

60. IACOBVS BILLIVS, *Prunæus*, *Guisius*, Abbas S. Michaelis in Eremo, Theologus & Philologus, decessit Lutetiæ Parisiorum 1581. VIII. Kal. Ianuarias, ætatis 48. ad S. Seuerini sepultus.

61. ANTONIVS AVGVSTINVS, *Cæsaraugustanus*, Romæ olim in Vrbis & Orbis luce XII. Vir Stlitium iudicandarum, ex Allifano & Ilerdensi Episcopo, Tarraconensis Archiepiscopus de antiquitate & litteris optimè meritus, Juris Ciuilis & Pontificij instaurator, vixit annos 70. obijt prid. Kal. Iunias 1586.

62. ANTONIVS PERRENOTVS, *Granuellanus*, *Burgundus*, Eruditorum sui sæculi Mæcenas, ex Atrebatium Antistite primus Machliniensium, dein Vesontionensium Archiepiscopus, â Pio IV. 1561. purpureos inter Patres adscribitur, moriturque septuagenarius Madrit in Hispania, anno 1586. XI. Kal. Octobr.

63. VBERTVS FOLIETA, *Ligur*, *Genuensis*, Presbyter, & patriæ historiæ scriptor elegantissimus, Romæ 1581. viuere desijt: quo etiam anno Hieron. Natalis, Balearis, Societ. IESV Theologus, & Achilles Statius Lusitanus, Philologus, in Vrbe obierunt.

64. MARCVS ANT. MVRETVS, *Lemonix*, *Gallus*, Presbyter & ciuis Romanus, itemque Ora-

Orator, ac Philologus in signis, annos 57. natus, Romæ inter viuos esse desijt, anno 1585.

65. GVILIELMVS LINDANVS, *Dordracenus, Batauus*, Ex Doctore Theologo Lauaniensi, primùm Ruremundensis in Geldria, post Gandensis in Flandria Episcopus, Latinè, Græcè atque Hebraicè eruditus, obijt Gandaui 1588. ætatis suæ 66.

66. IOAN. STEPHANVS DVRANTVS, *Tolosanus*, Ob celebrem illam De ritibus Ecclesiæ lucubrationem à Sixto V. Pont. Max. laudatus, Plura eius generis dedisset, si sæuientis plebis Tolosanæ ferociam anno 1589. die Febr. 10. effugere potuisset, ætatis annum tunc agens 59.

67. CHRISTOPHORVS PLANTINVS, *Turonensis, Gallus*, Ciuis & incola Antuerpianus, Typographorum, quotquot hactenus exstiterunt, coryphæus, moritur Antuerpiæ Kal. Quinctilibus an. 1589. ætatis 75.

68. IOANNES AVRATVS, *Lemouix*, Ex Professore Regius Poëta factus, docendi prouinciam Nic. Gulonio genero suo, Græcæ linguæ doctissimo, transcripsit, obijtque octogenarius anno 1589.

69. LAEVINVS TORRENTIVS, *Gandensis*, Ex Archidiacono & Vicario generali Leodicensi, secundus Antuerpiensium Episcopus, Machlinensium Archiepisc. III. designatus, collegij SOC. IESV apud Louanienses fundator, eximius poëta Lyricus, Bruxellis decessit VI. Kal. Maias 1595. Vixit annos 70.

70. TORQVATVS TASSVS, *Neapolitanus*, Poëta Etruscus, Romæ celebris, moritur ibidem

dem circa annum 1595. pro funere laudatus à Lælio Peregrino.

71. PETRVS CANISIVS, *Neomagus*, Societati IESV primus è Germanis ac Belgis adſcriptus, Theologus inſignis, Lutheranorum aliorumque in Germania hæreticorum malleus, anno Chriſti 1597. ætatis 77. ad meliorem vitam tranſiit Friburgi Heluetiorum.

72. IOAN. PASSERATIVS, *Gallus*, Eloquentiæ Profeſſor Regius, Philologus & poëta, obijt Pariſijs 1602. apud Dominicanos ſodales ab Errico Memmio grato diſcipulo conditus, atque epitaphio honoratus.

73. ALPHONSVS CIACONVS, *Biacenſis*, *Hiſpanus*, Ordinis S. Dominici Doctor Theologus, hiſtoriæ Pontificum Romanorum ac Cardinalium ſcriptor, obijt circa annum Domini 1598. Romæ.

INDEX NATIONVM.

1. *Demoſthenes Athenienſis, Græcus.*

ITALI.

2. *M. Tullius Cicero, Arpinas.*
7. *Laurentius Valla, Romanus.*
8. *Coſmus Medices, Florentinus.*
9. *Nicolaus Perottus, Sentinas.*
14. *Auguſtinus Niphus, Sueſſanus.*
16. *Albertus Pius à Sabaudia, Carpenſis.*
19. *Franciſcus Guiccardinus, Florentinus.*
36. *Polydorus Virgilius, Vrbinas.*
38. *Iulius Cæſar Scaliger, Veronenſis.*
35. *Gabriel Fernus, Cremonenſis.*

63. *Vber-*

63. *Vbertus Folieta, Genuensis.*
70. *Torquatus Tassus, Neapolitanus.*

De his & alijs eiusdem nationis consule PAULLUM IOUIUM *in Elogijs virorum Illustrium.*

HISPANI

6. *S. Vincentius, Ferrerius, Valentinus,*
26. *Andreas â Lacuna, Segobiensis.*
27. *Ælius Antonius Nebrissensis.*
32. *Petrus Mexias, Hispalensis.*
42. *Ioan. Laur. Palmyrenus, Alcanizensis.*
43. *Andreas Semperius, Alcodianus.*
49. *Franciscus Borgia, Valentinus.*
58. *Petrus Ciaconius, Toletanus.*
61. *Antonius Augustinus, Cæsaraugustanus.*
73. *Alphonsus Ciaconus, Biacensis.*

Plura de Hispanorum Scriptoribus reperies *in Bibliotheca Hispaniæ ab* AND. SCHOTTO *adornata.*

GALLI.

3. *Decius Magnus Ausonius, Burdigalensis.*
4. *Caius Sollius Apollinaris, Sidonius.*
17. *Nicolaus Borbonius, Vandoperanus.*
20. *Guilielmus Budæus, Parisiensis.*
23. *Guilielmus Bellajus. Andegavensis.*
39. *Orontius Finæus, Brianſonius, Delphinas,*
37. *Ioannes Fernelius, Ambianus.*
60. *Iacobus Billius, Prunæus, Guisius.*
64. *M. Antonius Muretus, Lemouix.*
67. *Christophorus Plantinus, Turonensis.*
68. *Ioannes Avratus, Lemouix.*

66. *Ioan. Steph. Durantus, Tolosanus.*
72. *Ioan. Posseratius.*

De his SCÆVOLA SAMMATHANUS *in Elogiis Gallorum.*

BELGÆ.

10. *Rudolfus Agricola, Groninganus.*
11. *Robertus Gaguinus, Duacensis.*
12. *Philippus Cominaus Flander.*
15 *Nicolaus Euerardus, Middelburgius.*
21. *Alardus Amstelrodamus, Hollandus.*
24. *Iacobus Latomus, Camberonensis.*
25. *Ioach. Fortius Ringelbergius, Antverpianus.*
31. *Ioan. Teisnerus, Athensis, Hanno.*
35. *Adamus Sasboldus, Delfius.*
34. *Rainerus Gemma, Frisius.*
40. *Petrus Nannius, Alcmarianus.*
41. *Ruardus Tapperus, Enchusanus.*
44. *Ioan. Beuerus Angianus, Hanno.*
46. *Andreas Vesalius Bruxellensis.*
47. *Nicolaus Grudius, Louaniensis.*
48. *Cornelius Musius, Delfius.*
50. *Carolus Langius, Brugensis.*
55. *Cornelius Valerius, Vltraiectinus.*
56. *Cornelius Gemma, Louaniensis.*
53. *Lambertus Hortensius, Montfortius.*
51. *Viglius ab Ayta Zuichemus, Frisius.*
52. *Lauinus Lemnius, Ziricæus, Zelandus.*
57. *Iudocus Damhouderius Brugensis.*
59. *Balthasar Schetus.*
62. *Antonius Perrenotus Card. Granuellanus.*
69. *Lauinus Torrentius, Gandensis.*

65. *Guil-*

65. *Guilielmus Lindanus*, *Dordracenus*.
71. *Petrus Canisius*, *Neomagus*.

Horum Elogia dedit AUB. MIRÆUS, quem consule.

GERMANI.

13. *Sebastianus Brantius*, *Argentinensis*.
22. *Nicolaus Copernicus*, *Borussus*.
29. *Ioannes Cochlæus Noribergensis*.
30. *Petrus Apianus*, *Benevizius*, *Leisnicensis*.
33. *Wolfangus Lazius*, *Viennensis*.
54. *Laurentius Surius*, *Lubecensis*.

De his IOAN. TRITHEMIUS, CORN. GALLIDIUS, & alij.

ANGLI.

5. *Ioannes à Sacrobosco*.
18. *Thomas Morus*, *Londinensis*.
28. *Ioannes Caius*.

Nomina ac studia eorum, qui in Collegium Bibliothecæ Ambrosianæ à FREDERICO BORROMÆO Card. & Archiepiscopo Mediolanensis, Anno CIↃ. IↃC. XI. V. Idus Decembris cooptati sunt.

ANTONIUS OLGIATUS, Doctor Theologus, in lingua Latina multùm versatus, antiquæ eruditionis studiosus, & Ambrosianæ Bibliothecæ Præfectus.

Ad

Ad Bibliothecam illustrandam multis laboribus incumbit.

Locupletissimos Indices librorum impressorum in omni lingua parat, quibus facili negotio in tanta librorum copia codices inueniri possint.

De manuscriptis codicibus Indicem alium exquisitum adornauit in omni linguarum genere.

Præterea in quauis facultate supellectilem, & copiam rerum ingentem, proponit, ordine ita distincto, vt ad cuiuslibet rei inuentionem facilis, & compendiaria via aperiatur.

De noua editione multorum librorum, qui extant in Bibliotheca, meditatur.

De impressis, quorum exemplaria temporum vetustate ferè consumpta sunt, editiones molitur.

De librorum conuersione ex varijs linguis cogitat; & porponet in dies multa præclara, quæ ex Bibliothecæ fontibus haurire studebit.

ANTONIVS SALMATIVS, Doctor Theologus Latinæ, & Græcæ linguæ multùm peritus, & in antiquis scriptoribus apprimè versatus.

Ioannis Zonaræ commentarios in sedecim Conciliorum Canones, in quibus tùm œcumenica septem, tum nouem prouincialia continentur, latinitate donauit, plurimisque locis ex manuscriptorum inter se collatione emendata notis illustrauit.

Idem B. Cyrilli Episcopi ἑορταστικὰς homilias triginta, solemnibus Paschæ diebus pronunciatas, propediem Deo iuuante in Latinam linguam con-

conuersas emissurus, hoc tempore adornat.

Idem S. Ambrosij operum editionem primo quoque tempore meditatur: ex qua loci plures ad antiquiorem & veriorem lectionem, ex multorum veterum exemplarium fide, restituentur.

IOSEPHVS RIPAMONTIVS, Hebraice, Chaldaicè, Græcè benè doctus, stilo valde probatus, & ad scribendam historiam idoneus atque exercitatus.

Scribit Historiã Ecclesiasticam Mediolanensem; opus planè vtile, multaque plenum antiqua atque patria eruditione; in quo notantur exquisitè tempora ac rationes, rerumque varia euenta explicantur.

Huius primum volumen in aliquot libros distinctum brevi est editurus.

Tristanum Chalcum, historiæ Mediolanensis scriptorem, nondum impressum, Notis illustrauit, mox codicem emendatum emissurus.

ANTONIVS GIGEIVS, Doctor Theologus, Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, atque Arabicæ linguæ multum peritus.

Commentaria R. Aben Esdræ in prouerbia Salomonis latinitate donauit.

Institutiones linguæ Chaldaicæ, Thargumicæque conscripsit, multisque obseruationibus Chaldaicam linguam illustrauit.

Parat in Arabica scripta Thesaurum Arabicæ linguæ opus planè nouum, & arduum.

In Hebraicis iam est aggressus opus vtile, nimirum

rum commentaria in vniuersam sacram scripturam, ex commentatoribus omnibus Hebraicis, seu typis editis, seu manuscriptis contexta, atque Latino stilo ad communem vtilitatem conscripta. Notis erunt adspersa, in quibus suis locis Rabinorum errata detegentur atque prauæ interpretationes refellentur.

Continebit præterea hoc idem opus versiones Arabici textus, & Syriaci, quæ nunquam antea prodierunt.

FRANCISCVS BERNARDINVS, *Ferrarius*, Doctor Theologus, Græcæ ac Latinæ linguæ peritus, lectionis multæ, in antiquis scriptoribus versatus, ac præsertim priscis, & sacris obseruationibus deditus.

Scripsit tractatum de vario & multiplici Ecclesiasticarum Epistolarum genere, tribus libris comprehensum: in quibus repetuntur à primis temporibus origo, nomen ac forma earum omnium Epistolarum, quarum in veteri Ecclesia communis, & assiduus erat vsus. Multa traduntur exquisitæ eruditionis de earumdem inscriptione, titulis, subscriptione, signo, tabellarijs, &c.

Nunc præ manibus habet tres priores libros Selectarum Antiquitatum ex vniuersæ Ecclesiæ historia.

Parat etiam legitimum & iustum opus De Funere Christianorum.

BENEDICTVS SOSSAGVS, Doctor Theologus, in linguæ Latinæ peritia satis laudatus, & Græcè eruditus.

Multa

Multa poëtico stilo tractauit, præsertim verò lacustres denas eclogas, quas Lymniades inscripsit, propediem in lucem emissurus, absoluit.

Siluarum & Epigrammatum libri tres ab eodem prodibunt.

Iephten sacram tragœdiam scripsit.

Præterea laboriosum opus heroici poëmatis incœpit.

FRANCISCUS COLLIUS, Doctor Theologus, mille ducentas conclusiones publice magna cum laude defendit.

In his varias opiniones Doctorum, Scholasticorum multas vias inuestigauit, distinxit, explanauitque.

In Heruæum lucubrationes parat: Deque Christi sanguine tractatum conficiet, in quo eruditæ quæstiones, & alia scitu dignissima tractabuntur.

ANTONIVS RVSCA, Doctor Theologus, Theses Theologicas publicæ disputationi à se propositas doctè & subtiliter defendit, variis Doctorum opinionibus, & Scholasticorum multis viis inhærens, quas ipse inuestigauit, distinxit, explanauit.

In librum Sententiarum Guilielmi Ochami Dilucidationes, & Notas præ manibus habet, deque voluntate diuina disputationem instituit.

IOSEPHVS VICECOMES, Doctor Theologus, Latinè ac Græcè doctus, de Sacramentorum mysteriis tractatum conscribit, in quo singulorum ritus & ceremoniæ explicantur, quales nempe extiterint in primis Ecclesiæ temporibus.

IVSTVS LIPSIVS *Epist.* LXXXVIII. *Centuria V. miscell. posthuma, ad*
FRED. CARD. BORROMAEVM.

De Bibliotheca suspicabar, eaque selecta & simul copiosa: sed addis etiam Collegium, atque id noui generis, in quo non iuuenes, sed grandiores alantur, & qui facti aptique iam sint scriptis, consilio, voce alios iuuare vel docere. Sanè iam diu est cum hoc institutum apud me approbo: atque adeò publicè aliquod testimonium dedi, in laudando & aperiendo Museo Alexandrino. Nam & illud viros admisit tantùm & habuit, vel benè meritos iam de Republ. litteraria vel merituros. Itaq; vtraq; manu & toto animi sensu consilium tuum approbo, & gratulor hunc animum & Deum rogo successum & fructum pro eo esse. *Et paulò post:* Enimuerò sæpè miratus sum, cùm tam multa passim Collegia aut Scholæ instituantur pueris aut iuuentuti formandæ: neminem adhuc fuisse, qui propriè sollicitus esset & curaret de doctoribus: sine quibus cui vsui tota illa institutio est? Speciem, non rem habet, & multi in cursu sunt, pauci ad metam veniunt, & verum studiorum finem. Cauendi prospiciendiq; ratio aut hæc est quam inis, aut nulla: & ipsi eligendi, alendi, formandi sunt, qui forment.

APPROBATIO.

Icones has Doctorum Virorum, suis Elogiis à VALERIO ANDREA ornatas, dignas luce judico. Antuerpiæ XXVI. Ian. CIↃ. IↃC. XI.

FRANCISCVS HARAVS Censor.

FINIS.

Thomas

THOMAS STANLEY,
Schild-Knaap.
Historische Beschryving
der
Griekſche en Oosterſche
Wyſgeeren,
Behelſende der ſelver Daaden, Gevoelens
en Gedenkwaardige Spreuken, waar
byy gevoegd is,
Baſilius Kennet,
Leeraar der vrye Konſten, &c. in de Hooge
School tot Oxfort,
Levens bedrijf
der
Griekſche Digteren,
Beyde uyt de laatſte Engelſche Drukken
vertaald
door
Salomon Bor
Bedienaar des Goddelyken woords
tot Zeyſt.

ZYnde deſe Werken alomme verçierd met getrouwelijken naar Oude Marmorebeelden, Gedenkpenningen, Geſteentens &c. getekende Print-en plaatkunſt: En yder met ſyn beſondere Bladwyzers vorzien, in fol. te Leyden by Pieter vander Aa, Boekverkoper MDCCII. (a)

(a) Dieses Buch ist von dem Autor in Englischer Sprache geschrieben/ und Anno 1655. zum ersten mahl edi-

In diesen schönen und sehr sauber gedruckten Wercke / sind noch folgende Bildnüsse enthalten.

1. THALES Milesius VII. Sapientum primus. p. 3. *Apud Achillem Masseum.*

2. So-

ediret worden; nach dem aber solches viele Liebhaber gefunden / so kam Anno 1687. in Londen die andere / und endlich Anno 1701. die dritte Edition in folio zum Vorschein. Anno 1702. aber / hat diese Historie der Philosophie / Herr SALOMON BORIUS aus dem Englischen in die Holländische Sprache übersetzet / und zu Leyden / wie aus obigem Titul mit meherem zu ersehen / aus Licht gestellet. Nun hat CLERICUS, in seiner *Bibliotheque Universelle* schon *A.* 1687. gewünschet / daß jemand die Mühe über sich nehmen / dieses Buch in die Lateinische Sprache zu übersetzen / und also der gantzen Gelehrten Welt zu nutze machen möchte / deswegen unterzog sich dieser Last / der nun Seel. berühmte Philologus und Theologus Herr D. GOTTFRIED OLEARIUS zu Leipzig / (dessen früh zeitigen Todt / nicht nur Leipzig / sondern die gantze gelehrte Welt beklaget) und entschloß sich das gantze Werck des STANLEII in die gelehrte Mutter-Sprache zu übersetzen / welche Edition zu Leipzig A. 1711. in groß Quarto unter folgendem Titul ohne Kupffer zum Vorschein kam.

Historia Philosophiæ Vitas opiniones reque gestas et dicta Philosophorum Sectæ cujusvis complexa Autore THOMAS STANLEIO, ex Anglico sermone in Latinum translata, emendata variis Dissertationibus atque Observationibus passim aucta et *Duobus Tomis* digesta. 4o. Lipsiæ apud Thomam Fritsch A. MDCCXI. 7. Alphab. 4. pl.

Von dem Leben und Schrifften STANLEYS, hat Herr HEUMANN in seinen Actis Philosophorum 3ten Stücke pag. 523. & seqq. einige Nachricht gegeben.

In

2. SOLON, Ex septem Sapientibus Græciæ. pag. 19. *Apud Fulvium Vrsinum in gemma.*

3. PITTACUS, Vnus ex septem Græciæ Sapientibus. pag. 43. *Ex Numismate aereo apud Fulvium Vrsinum.*

4. ANACHARSIS, Philosophus admirandæ sapientiæ inter Scythas. pag. 57. *Ex gemma antiqua.*

In der Englischen Edition sind folgende Bildnisse enthalten. (1.) Thales. (2.) Solon. (3.) Chilon. (4.) Pittacus. (5.) Bias. (6.) Cleobulus. (7.) Periander. (8.) Socrates. (9.) Xenophon. (10.) Aristippus. (11.) Plato. (12.) Speusippus. (13.) Carneades. (14.) Aristoteles. (15.) Anthisthenes. (16.) Diogenes Cynicus. (17.) Zeno Stoicus. (18.) Pythagoras. (19.) Empedocles (20.) Archytas. (21.) Heraclitus. (22.) Xenophantes. (23.) Democritus. (24.) Pyrrho. (25.) Epicurus.

Uber diese Bilder ist Herr Heumann l. c. p. 535. zum Lachen bewogen worden / wann er spricht: Die "Männergen im Stanleio sind / allem ansehen "nach / bloß nach der Phantasie des Künstlers "gebildet / und sehen ihren Urbildern eben so "ähnlich / als der Säemann oder der arme "Lazarus in denen Evangelien Büchern. "Man kan sie auch ohne Lachen nicht anse"hen / absonderlich wenn man den Aristote"lem im Franciscaner Habit erblicket. Wett"stein hat doch in seinem DIOGENE LAERTIO "die Bilder aus alten Monumentis genom"men / da vielleicht ein und anderer Philo"sophus, ob wir gleich nicht wissen / welcher "getroffen ist. &c. &c. Lobet auch deswegen Hr. OLEARIUM, daß er bey der Lateinischen Edition die Bilder weggelassen hat / beklaget aber daß des STANLEII Contrefait, als welches vermuthlich seinem Original ähnlich / dem Wercke nicht vorgesetzet worden ist.

5. PHERECYDES, Ex Scyro Philosophus. pag. 63.

6. SOCRATES, Ex Pythiæ oraculo unus vere sapiens. pag. 73. *Apud Leon. Augustinum in Corniola.*

7. AESCHINES, ob gratiam, ac venustatem Sermonis Gratys suas Orationes inscripsit. pag. 121. *Apud Magnum Etruriæ Ducem in marmore.*

8. ARISTIPPUS, Socratis auditor Voluptatis assertor. pag. 125. *Ex Corniola Apud Fluvium Vesinum.*

9. EVCLIDES, Philosophus Socraticus. pag. 139. *Ex numismate aereo in Thesauro Christinæ Reg. Aug.*

10. PLATO, Hic solus in Philosophia divim nomen meruit. pag. 151. *Apud Fluvium Vrsinum ex marmore.*

11. XENOCRATES, Continentiæ, Philosophicæ Frugalitatis fama nobilis. pag. 179. *In Aedibus Marchionis Fabricii de Maximisin marmore.*

12. CARNEADES, *Cyrenæus*, nonaginta expletis annis, idem illi vivendi, ac philosophandi finis fuit. pag. 191. *Apud Cardinalem Farnesium in marmore.*

13. ARISTOTELES, Peripateticorum Princeps. pag. 197 *Ex Bibliotheca Fulvii Vrsini in marmore.*

Dieses Bild ist auf zweyerley Arth zu gegen; Oben mit langen Haaren und Barth/ und auf dem Kopff eine runde Mütze. Unten aber / mit kurtzen Haaren und ohne Barth/ auch ohne Mützen; Auf diese Arth / findet man

man dieses Bild auch beym *Dieg. Lartio: pag. 268. 4. Amstelod. 1692.*

14. THEOPHRASTUS, Peripateticus ob Atticae eloquentiæ suavitatem divinus nuncupatus. pag. 221. *In Aedibus Marchionis Fabritii de Maximis in marmore.*

15. ANTISTHENES, Princeps Cynicæ sectæ. pag. 229. *Apud Lælium Pasqualinum in Amethysto.*

16. DIOGENES, *Cynicus*, Dolio & fortunæ contemptu celebris. pag. 233. *Ex Bibliotheca Fulvii Vrsini in marmore.*

17. MONIMUS, Philosophus Cynicus. pag. 247.

18. ZENO, Stoicæ sectæ Auctor. pag. 251. *Ex marmore antiquo aqud I. Episcopium.*

19. CHRYSIPPUS, Stoicus Zenonis, & Cleantis in Schola Successor pag. 263. *Apud Fulvium Vrsinum in numismate aereo.*

20. POSIDONIUS, Stoicus Rhodi Ciceronis Præceptor. pag. 267. *Apud Cardinalem Farnesium in marmore.*

21. PYTHAGORAS, Philosophiam primus hoc est sapientiæ studiosam appellavit. pag. 269. *Ex nummo aereo in Thesauro Christina Regina Aug.*

22. EMPEDOCLES, Philosophus Agrigentinus. pag. 313.

23. ARCHYTAS, Pythagoricus Mechanicis clarus pag. 319. *Ex nummo aereo apud Fulvium Vrsinum.*

24. HERACLITUS, Omnia ex semet ipso didicit. pag. 325. *Apud Magnum Etruria Ducum in marmore.*

25. DEMOCRITUS, Derisor humanarum rerum. pag. 341

26. EPICURUS, Sectæ Epicureæ Auctor pag. 367. *Ex Cimeliarchio Clar. Viri Ericii Puteani.*

Nun fånget sich BASIL. KENNETS, Buch unter folgendem aparten Titulblat an.

De Levens-Bedryven-der Griekſche Digteren, Beſchreven door BASILIUS KENNET *Leeraar der vrye Konſten, &c. in de Hooge School tot Oxfort.* Uyt het Engels vertaald door SALOMON BOR, *Bedinaar des Goddelyken Woords tot Zeyſt.* Vercierd met getrouwelyken noa Oude Marmorebelden, Gedenkpenningen, Geſteentens, &c. getekende Print-en Plaatkunſt Enmet volkomen Bladvvynzers voorzien. fol. *te Leyden By Pieter vander Aa, Bœkverkoper M D C C II.*

27. HOMERUS, Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chois, Argos, Athenæ, Orbis de patria-certat Homeretua. pag. 3. *Apud Cardinalem Farneſium.*

28. HESIODUS, Muſarum Sacerdos, quem in Georgicis Virgilius eſt imitarus. pag. 21.
Apud Fulvium Vrſinum in marmore.

29. ANACREON, inter celeberrimos Græciæ Lyricos adſcriptus ſuis Odis mella inſtillavit. p. 27 *Apud Fulvium Vrſinum in numiſmate aereo.*

30. PINDARUS, Novem Lyricornm longè Pindarus Princeps, Apollinis delicium. pag. 30. *In ædibus Juſtinianis.*

31. SOPHOCLES, Pœta cothurno & gravitate omnibus Sublimior. pag. 41. *Apud Fulvium Vrſinum in marmore.*

32. EVRIPIDES, Tragicus illuſtris, Sophoclis æmulus. pag. 45. *Apud Exc. D. Gaſparum de*

Haro, & Gusman Catholicae Maiestatis. Apud Innocentium XI. Oratorem, nunc Neapolitani Regni Proregis.

33. ARISTOPHANES, Pœta Comicus, pag. 52. *Apud Magnum Etruriæ Ducem.*

34. THEOCRITUS, Singulari exornatur præconio, quod ipsum in Bucolicis Virgilius sit imitatus. pag. 60. *Apud Fulvium Vrsinum in marmore.*

35. CALLIMACHUS, Pœta & Historicus. p. 66.

36. ARATUS, Astronomus Phænomenon Scriptor. pag. 71. *In numismate aereo apud Fulvium Vrsinum.*

37. NICANDER, *Colophonius*, Theriacorum & Alexiphormacorum scriptor. pag. 74

38. ORPHEUS, Theologus. pag. 81.

39. SAPPHO, Pœtria pag. 91. *Ex Schedis Pyrrhi Ligorii in Bibliotheca Vaticana.*

40. ALCAEUS, *Mytilenaeus* unus ex novem Lyricis, qui apud Græcos celebrantur aureo plectro donatus pag. 94. *Apud Fulvium Vrsinum in nomismate aereo.*

41. EMPEDOCLES, Philosophus & Pœta Siculus. pag. 101.

42. MENANDER, Menander inter omnes novae Comoediae facilè Princeps. pag. 109. *Apud Fulvium Vrsinum in marmore.*

43. PHILEMON, Comicus Pœta. pag. 112.

DIOGENIS LEARTII
DE
Vitis, Dogmatibus
ET
Apophthegmatibus
Clarorum Philosophorum
Libri X.
GRÆCE ET LATINE.
Cum subjunctis integris Annotationibus
JS. CASAUBONI, TH. ALDOBRANDINI & MER. CASAUBONI. Latinam AMBROSII Versionem complevit emendavit,
MARCUS MEIBOMIUS.
Seorsum excusas AEG. MENAGII in Diogenem Observationes auctiores habet Volumen II. ut & ejusdem *Syntagma de Mulierícus Philosophis*; & JOACHIMI KÜHNII ad Diogenem Notas. Additæ denique sunt priorum editionum Præfationes, & Inoices locupletissimi. 4to. *Amsteladami apud Henricum Wetstenium M D C VIII C.*

Die Bildnisse der alten Philosophorum, welche sich in dieser Edition recht sauber præsentiren / sind von alten Monumentis abcopiret / an der Zahl Vier und zwantzig / nehmlich: (a)

1. THA-

(a) Ungeachtet Herr Christoph Aug. Heumann in seinem Actis Philosophorum 2ten Stücke pag. 363. & seqq. eben nicht gar viel von diesen Bildnissen hält / und auch Er vor seine Persohn / sie alle zusammen nicht eines Groschens wehrt achtet/

1. Thales, pag. 14. *Apud Achillem Maffaeum in marmore.*

2. Solon, pag. 27. *Apud Fulvinum Vrsinum in gemma.*

---

achtet/ so wollen wir solche dennoch denen zu Liebe recensiren/ welche etwann mehr æstim, als Herr Heumann davor haben; Im übrigen lassen wir die Sache an seinen ort gestellet seyn/ ob die Bilder gleich / oder nicht gleich sehen / weil die Urbilder doch keiner von uns gesehen hat. Wetistein aber hat diese Bildnisse aus alten Monumentis genommen/da vielleicht ein u. anderer Philosophus ob wir gleich nicht wissen / welcher getroffen ist. l. c. 3tes Stücke. pag. 535. Vielleicht aber wird Herr Professor Apin / in seinen unterhanden habenden Gedancken / wie man mit Nutzen die Bildnisse gelehrter Leute sammlen soll / Herrn Heumann auf dessen angebrachten dubia antwarten. Vid. Vossius *de Histor. Græcis Lib. II. cap.* 13. Jo Jonsius *de Scriptor. Histor Philos.* 40 Jenæ 1716. *Lib. III. cap. XII. §. 5. pag.* 65. Jo Henr. Boeclerii *Bibliographia critica* 8. *Lipsiæ* 1715. *cap. XXVI. §.* 11. *pag.* 436. Ejusden Autor *Histor Univers. Sæc. II. Sect. V. §.* 9. D. G. Morhosius *Polyhistor.* 4. *Lubecæ* 1708. *Tom. II. Lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *pag.* 2. Beni Hecrich, *Nobil. Autor. Antiq. & Med.* 8. Wittenberg 1714. *pag.* 570.

Daß aber M. Terentius Varro / ein berühmter Römer/ die Kunst und die Bildnisse berühmter Männer mehr als Herr Heumann / muß geliebet

3. Pittacus, pag. 46. *Apud Fulvium Ursinum in numismate aereo.*

4. Anacharsis, pag. 64. *Ex gemma attiqua.*

5. So-

---

